



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XXXIV. Relatio pagensium, ad Regem directa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

70 MARCVLF MONACHI

XXXIV. RELATIO PAGEN-
sium ad Regem directa.

SVggerendo piissimo atq; præ-
cellentissimo domno illi Regi,
& Maiori domus illius, à seruis ve-
stris pagensibus illis, quorum sub-
scriptiones, vel signacula subtus te-
nentur inerta : Principalis vestri
circumspecta clementia, nouit iusta
petetibus dignanter annuere, & ne-
cessitatem patietibus subuenire cle-
menter. Penè omnibus patet, regio-
nem nostram ab hostibus depopu-
latam esse, & domus multorū igne
crematas, vel rebus ablatis. Inter
quos seruus vester ille non modi-
cum ibidem perpessus est damnū,
& de rebus suis dispendium, vel
omnia instrumenta chartarū, quæ
ipse vel parentes sui habuerunt, tam
quod & munificentia Regum pos-
sedit, quam quod per venditionis,

cessionis, donationis, commutatio-
nisque titulum habuit, vna cum do-
mo sua incendio concremata esse
noscuntur, vnde nostras paruitates
petiit, quod veraciter exinde co-
gnouimus, per hanc nostram fug-
gestionem vestræ innotescere cle-
mentiæ, quod & facere serui vestri
decreuimus. Vestra pietas iubeat,
quod vsque modo in regno vestro
quietus possedit, circa eodem per
vestro munere præceptum, ut inan-
teā valeat, dum sua perdidit instru-
menta possidere quietus & securus.
Nos serui vestri quod exinde vera-
cius scimus, innotescere præsumpsi-
mus, vestrum est necessitatem pa-
tientibus subuenire.

XXXV. CONFIRMATIO DE
omni corpore facultatis monasterij.

Ille Rex illi Patricio, atque om-
nibus agentibus. Rectum esse

E iiii